¶ Arguitur plura sunt pronomina habentia vocatiuū q̄m quatuor ergo contra alexandrum patz de illo p̄nomine illud quod habet vocatiuum quia est neutri generis sed illa que sūt neutri generis habent vnam et eandem terminationem in nominatio actō et vtō ergo ꝛc Dicenduz q̄ verum est q̄ nomina neutri generis habent vnam et eandem terminationem in ntō actō et vtō si non sunt defectiua sic etiam est in pronominibus sed hoc pronomen illud est defectiuum ergo ꝛc.

Persone p̄nominuz quot sunt

Expositio textus Quot sunt p̄sone p̄nominum id est in pronomine tres que prima vt ego secunda vt tu tertia vt ille

Conclusio

Tantum tres sunt persone in pronomine specifice distincte. Cuius ratio est quia tot sunt persone quot sūt personales p̄prietates sed tres sunt personales proprietates scilicz Loqui de se loqui ad alium et loqui de alio Et personalis proprietas est modus attributus persone

	Loqui de se		prime
Nota	Loqui ad aliuz	est p̄prietas	secunde persone
	Loqui de alio		tertie

Unde versus Prima de se. secun ad sed tertia de qua.

¶ Nota p̄sona accipitur dupliciter Uno modo pro re per se vna et sic persona secundum. ō S. par. j. q. 2. ar. primo Est rationalis creature indiuidua substantia et sic non accipitꝰ hic sed illo modo pōt sumi in diffinitione pronominis sed non ita p̄prie sed communiter vt dicit q̄libet rem singularem Secūdo accipitꝰ persona pro accidente proprio ipsius p̄nominis et tunc diffinitur sic Est proprietas qua pronomē significat sub mō loquendi de se vt de se ad aliū vt ad aliū de alio vt de alio In qua diffinitione tanguntur omnes tres persone per hoc enim q̄ dicitꝰ loqui de se tangitꝰ prima p̄sona sed p hoc q̄ dicitꝰ

sequi ad alium tangit̄ scd̄a persona sed per hoc ꝙ dicitur lo-
qui de alio tangitur tertia persona Unde ꝑsona reperitur in
ꝓnomine scd̄m totum ambitum ideo ponit̄ ꝓ accidente ꝓno
mis Est eni vna causa inuentionis ꝓnominū vt reddāt sup
posita verbis ꝑme ⁊ scd̄e personarū qd̄ nō potuit fieri ꝑ noīa
¶ Queritur cuius persone est hoc pronomen Egoipse Di-
cendum ꝙ est prime persone Sed contra gracia prime ꝑtis
componentis scꝫ Ego est ꝑme persone et gratia secunde par
tis componentis est tertie ꝑsone ergo erit indifferentis ꝑsone
Dicendum ꝙ secundum aliquos ibi est euocatio ⁊ sunt due
dictiones Sed melius dicitur ꝙ est vna dictio ꝑme ꝑsone eo
ꝙ facit mentionē de se vt patet inspicienti Naꝫ scd̄m pristia-
num qñcunqꝫ ꝓnomē componitur cū ꝓnomīe sic ꝙ sunt di-
uersaꝝ ꝑsonaꝝ tūc ꝑsonalitas debet attendi a prima ꝑte com
ponente· Sed arguit̄ ꝯtra Tantū vnū est ꝓnomē ꝑme ꝑso-
ne scꝫ Ego cū suis obliquis ergo egoipse non est ꝑme ꝑsone
Dicendū ꝙuis sit vnum ꝓnomen simplicis figure ꝑme ꝑso-
ne tamen illud idem pōt componi cum alijs et tamen manet
prime persone quare vt sic multa possunt esse prime persone.
Simili modo dicitur de illo ꝓnomine tuipse ⁊c̄
¶ Nota dicit pristianus ꝙ hoc ꝓnomē ipse Est maxime ap-
positiuum quia apponi potest omnibus ꝓnominibus vt ego
ipse tuipse illeipse ⁊ tunc illa ꝓnomina debent iudicari ꝙtum
ad personam ratione prime partis componentis
¶ Arguitur ꝑsona non est accidens ꝓnominis patet quia·
Nulla substantia est accidens sed ꝑsona est substātia quia est
res per se vna vt patet ex boecio Dicendum ꝙ persona hic
non accipitur pro re per se vna sed ꝓ quadam ꝓprietate at-
tributa ꝓnomini hoc est pro ꝑsonali proprietate

De declinatione ꝓnominis

Conclusio quatuor sunt declinationes in ꝓnomine scilicet·
Prima Scd̄a Tertia et quarta vnde alexander Est declinā
di ꝓnomina norma quaterna Et eodem modo hic diffinitur
declinatio sicut diffinita est in nomine

C8

	tria		prime		Estꝫ mei vel mis &c
Nota	quicꝫ	sũt ꝑ	scd̃e	declinatio	Debes formare
	quicꝫ	noi̇a	tercie	nis vnde	Tercia per primam
	duo		quarte		Quarta quidẽ terne

Nota Ego et tu duplicem habent genitiuum propter duplicem possessionem scilicet puram ⁊ impuram propter possessionem purã habent i in genitio vt mei tui sed propter possessionem impuram habent is in genitiuo vt mis tis sed pristian⁹ dicit ꝙ habẽt duplicem genitiuum quo ad imitationem grecorum qui illis pronominibus attribuerunt duplices gtõs et quia latini imitãtur grecos ideo apud latinos duplices retinuerunt genitiuos casus Sed ego tu sui declinantur irregulariter quia apta sunt poni loco cuiuscꝫ nomis indifferent vel ideo quia ab illis tribus omnia pronomina deriuatiue speciei debent deriuari vt ergo cõueniencius et apcius ab eis deriuãtur habent in consequentem declinationem Et donatus in declinatione pronominum non attendit ordinem secundum genus sed secundum personas ideo incipit ab ego

prima			i vel in is		i
secũda	declinatio	mittit	ius		i vel in e
tercia	gtm̃ singularẽ in		i vel in e	datiuum in	o vl' in e
quarta			atis		ati

Nota sui caret nominatiuo Quia est reciꝓcum Sed omis reciprocacio significat̃ sub ratione pacientis Modus autem pacientis significatur per obliquos ⁊ non per nominatiuum ergo &c Et licet suus etiam est reciprocuꝫ habet tamẽ nominatiuum nõ ratione reciprocationis sed ratione rei possesse quã significat Et nota ꝙ pronomina ꝑmitiua significãt possessorem tantuꝫ sed deriuatiua significãt possessorẽ cuꝫ re possessa ideo pronomina primitiua possunt esse supposita vt Ego curro congrue dicimus et faciunt singulares propositiones in loyca Et hoc est ꝙ dicit alexander hec et quasi fixa manebunt Sꝫ ꝓnoĩa deriuatiua ꝓprie nõ sunt supposita qꝛ nõ dicim⁹ me⁹ currit sed me⁹ asin⁹ currit ⁊ faciũt ꝓposiciões indif

finitas in logica ideo magis habent rationem nois adiectiui q̄ nominis substantiui.

Da horum composita

Nota Quatuor sunt sillabice adiectiões huius nominis qui vnde versus Dam vis cūque libet q̄ sine quis retinebit Sed quinq̧ sunt sillabice adiectiones cum quibus componitur hoc nomē quis vnde versus Cūquis namq̧ piam sine qui tu iū ge putas quam De alijs satis patet de figura pronomis

Verbum quid est

Exposicio textus Quid est verbum id est que ē diffinitio vbi Est parsoratiois significās cū tempe id est cum certis differen cijs tempoꝝ ⁊ psona id ē sub proprietate psonali sine casu id est casuali ꝓprietate Agere aliquid id est actionē Aut pati id est passionē aut neutruz scz indifferenti actiōez aut passionem

¶ Nota quid est quesitiuum essencie sed quod est quesitiuum nominis vnde cum queritur quid est hoc statim respondere debemus essentiam rei sed cum queritur quod hoc est responde amus nomen rei Sed verbum est equiuocum Nam primo verbū dicit̄ filius dei vt verbum caro factuz est. Secundo ē deceptio vnde psius sathira quarta · Protegit vt mauis da uerba et decipe neruos Tertio idez est q̄ verbū vocis siue lo quela et sic verum est q̄ omne qd̄ procedit ab ore est verbum Quatto sumitur pro parteorationis et sic diffinit̄ hic ꝑ p̄ma intentione subnomine secūde intentionis Et verbum dicitur a verberando quia in prolatione vbi aer verberat̄ Est enim frequentius in vsu nostro quam alie ptesoratiois ideo p āthonomasiam dicitur presens parsorationis verbum.

Conclusio

Diffinitio verbi a donato ē bene posita Quia illa diffinitio est bona que conuenit omni cōtento sub diffinito et facit ipm diffinitum differre a quolibet alio sed presens est huiusmodi quia omnia verba significant cum tempore agere aut pati ꝛc Et per hoc quod dicitur cum tempore verbuz distinguit̄ a no

mine pronomine et a partibus indeclinabilibus· Et per hoc
quod dicitur ⁊/ꝑsona distinguitur a participio quod licet eti
am cum tēpore significat nō tamen cum ꝑsona quia non at
tribuitur participio secundum omnes ꝓprietates personales
Nam nullum est participium prime persone ergo ⁊c.
¶ Nota verbum tribus modis diffinitur Primo enim diffi-
nitur a donato vt patuit Secundo diffinitur a remigio siue
pristiano taliter verbum est pars orationis que cum modis et
formis ⁊ temporibus sine casu agendi vel paciendi significa-
tiuum est Que diffinicio conuenit omnibus verbis quo ad
omnes ꝑticulas et concordat in significato cuȝ diffinitione do
nati Tertio sic diffinitur a modistis Verbum est pars oratio
nis significans ꝑ modnm fluxus et fieri ⁊ per modū distan-
tis a substantia ⁊ illa diffinicio cōcordat cū diffiniciōe remigij
et donati implicite et quo ad intellectum sed cum diffinitione
aristotelis. in ṗmo ꝑiarmenias ꝯcordat explicite Quia aristo
teles sic diffinit verbum Est qđ consignificat tempus ⁊ sem-
per est nota eorꝫ que de altero dicuntur/ per hoc quod dicit cō
significat tempꝰ dat intelligere quod ỽbuȝ significat ꝑ modū
fluxus et fieri sed per aliam particulam dat intelligere ꝙ ver-
bum significat per modum distantis a substantia·
¶ Nota secundo ꝙ duplex est actus Primus ⁊ secundꝰ Ac
tus primus est esse ⁊ ille implicite significatur per omnia ỽba
ideo omnia verba resoluuntur in verbum substantiuū sū qđ
significat istum actum primum et dicitur fundamentum om
nium aliorū verborꝫ Sed actus secundus est qui significatur
per alia verba vt amo significat esse amationem hic esse est ꝑ
mus actus ⁊ amatio est actus secundus Et talis actus non
significatur sub ratione rei sed sub ratione fluxus et fieri et ra
cione illius verbum significat cum tempore et persona Nam
ex eo ꝙ talem actum significat per modum fluxus ideo signi
ficat cum tempore/ fluxus enim non potest esse sine tempore·
Et talis fluxus sꝑ depēdet ab aliquo a q̄ fluit ideo verbū sig
nificat cum persona hoc est cum inclinatione ad suppositum

Talis autem inclinatio solet dici compositio essencialis verbi qꝛ verbū mediāte illa iclinatiōe supposito extrinseco cōbinat᷑.

Nomen	rei	amatio
Verbum significat actū sub rōe	flux⁹ vt	amo
Participium	vniti sbstācie	amans

Unde sequitur ꝙ eadē res potest a diuersis partibus orationis significari nō tamē eodēmodo sed per diuersos modos significandi vnde modos significādi ē ꝓprietas qua mediante res significat᷑ ⁊ per talē modū significādi distinguūt ptes orationis

	Nomen		Essenciam temporis
Nota	verbum	Significat	Id qđ tempore mensurat᷑
	Aduerbium tpis		habitudinem tpis memsurantis ad rem temporalem

Unde solet dici ꝙ nomen bñ significat tpus sꝫ nō cū tpe v̄bū aūt sfcat cū tpe sed nō tpus cū nulla ꝑs orationis sfcat sua accidentia sꝫ bñ consignificat ideo dicit aris· v̄bū ē qđ cōsignificat tpus ꝛc· Et significare cū tpe ē significare cū certis differencijs tpm Sūt aūt tres differēcie tpm·s·pñs p̄teritū et futurū que etiā dicunt᷑ ptes tpis Et accipit᷑ hic tpus cōmunit᷑ vt non distinguit᷑ cōtra eternū et euū Unde est in illa ꝓpositione deꝰ ē significat cuꝫ tpe eterno Et cū dicit᷑ mihael intelligit hoc v̄bū intelligit significat cū tpe euit̄no Ex quo sequit᷑ ꝙ verbū bene pōt absolui a tpe nr̄o sed nō a tpe cōmuniter sumpto·

¶ Nō ꝑsona in textu sumit᷑ p̄ ꝑsonali ꝓpriet ate siue p̄ inclinaciōe ad suppositū q̄ i v̄bis i ꝑsonalibus nō reperit᷑·qꝛ dr̄ ab in quod ē nō et ꝑsonale quasi sine ꝑsonali ꝓprietate Et sic patet ꝙ diffinitio v̄bi quo ad istam particulam nō ꝯuenit v̄bis impersonalibꝰ Nō tñ sequit᷑ ꝙ diffinicio sit mala qꝛ ē vna regula Q̄ñcūqꝫ diffinitū hꝫ sub se mēbra analogata tūc nō oportet diffinitionē illius diffiniti cōuenire membro minus tali q̄tum ad omnes pticulas sed sufficit ꝙ q̄tum ad aliquas principales Modo v̄bum est analogum ad verbū ꝑsonale ⁊ ad v̄bū impersonale ergo diffinitio debet cōuenire verbo ꝑsonali

quo ad omnes pticulas sed v̄bo impsonali quo ad pticulas principales quia etiam significat cum tempe sine casu agere ꝛc̄

¶ Arguitur verbū significat cū casu ptꝫ qꝛ v̄bū significat ꝛcte aut oblique vt ptꝫ p̄mo piarmenias sed significare recte aut oblique est significare cū casu ergo ꝛc̄. Dicenduꝫ ꝙ significare recte aut oblique in p̄mo piarmenias nō accipit ꝓprie vt sit ꝓprietas casꝰ sed sumit cōmunit̄ p variatione tp̄is et modi Nā sic declinatio ē variatio casus ita ꝯiugacō in v̄bo ē variatio tēporis ꝛ modi Et qꝛ v̄bum nō sp manet ideꝫ in voce ꝛ significatione in illa variatione sed vnū ab alio cadit p variationem tempis et modi ideo talis variatio dicitur casus.

¶ Nota sine casu in diffinitione non debet accipi pure negatiue quia nulla diffinitio debet dari p negationem sed accipitur vt sub illa negatione clauditur affirmatio per hoc enim qd̄ dicitur sine casu dat intelligere ꝙ verbum significat p modum fluxus et fieri Verbum enim nō vult variari per casuales proprietates sꝫ per proprietates tpales ideo Aristoteles accipit casum communiter vt patuit quēadmodū etiam declinatio communiter accipitur pro coniugatione.

¶ Nota in diffinitione donati tangunt quīqꝫ genera verboꝝ Nam cum dicit agere aliquid tangit actiuum genus ꝛ vnam partem communis Sed cum dicit pati tangit passiuum et aliam partem communis Sed cum dicitur neutrum tangit deponēs et ipsum genus neutrum Et non dicitur neutrum p abnegationem vtriusqꝫ Non enim dicitur neutruꝫ vt non significet agere aut pati sed quia vtrumqꝫ non significat sed habet se in differenter ad vtrūqꝫ Cum enim habet significationē actiuaꝫ relinquit passiuam vt Ambulo et cum habet passiuā relinquit actiuam vt fio Et quia diffinitio verbi datur per accidentia ideo dicit communis schola quod sit accidentalis Sꝫ d. S. intentio est ꝙ illa diffinitio que datur p multa accidencia p que circūloquitur differētia essēcial' sit essentialis circumloquutiua et sic secundum eum p̄sens diffinitio est essentialis

Arguitur diffinicio verbi non est bona ergo 2c. Antecedens patet quia nulla bona diffinicio debz in se habere copulam vt pbat' d. S' in lectura secundi posteriorum sed in p̄senti diffinitione ponit copulatiua coniunctio scilicet ⁊ ergo non est bona Dicendum q nulla diffinicio essencialis quiditatiua debet habere copulam potest tamen indiffinicione accidentali ⁊ diffinicione circumloquutiua poni copula qualis est diffinicio p̄sens ergo 2c. ¶ Arguit' verba sunt nomina sed nomina significant cum casu ergo 2c' maior est aristotiles p̄mo periermenias vbi dicit q ipsa quidem verba secundum se dicta nomina sūt Dicendum q verba sunt nomina vt nomen accipit' communiter p notamentis non autem sunt nomina vt nomē est specialis ꝑsorationis. ¶ Arguit' Contra verba etiam sūt nomina vt nomen est specialis ꝑsorationis vt patz dicendo legere est agere hic hoc verbum legere est nomen q2 reddit suppositū Dicendū q verbū materialit' acceptū potest esse nomē nō autem sūptum formaliter modo hoc verbum legere hic accipitur materialit' p actu legēdi sb ratiōe rei ⁊ nō formalit' sb ratiōe

De diuisione verborū ¶ fluxus

¶ Nota verbū ē duplex scz ꝑsonale ⁊ impsonale Verbū ꝑsonale est cui inest ꝑsonalis ꝓprietas cuz ꝯpatione act⁹ verbalis ad substātiā extra aparteante Et ē triplex scz substātiuū vtm̄ et adiectiuū Verbū substātiuuz est qd significat actū p̄muz in substancijs reptum Et q2 triplex est substancia vt patz scdo de anima scz materia forma ⁊ totum compositum Ideo triplex est actus substancie Et tria verba substantiua que sicant illuz triplicē actū sbstācie scz sū fio ⁊ existo Vn̄ Ars sbstātiua tria fert tm̄modo verba Sū sil' existo fio nil amplius addo.

Sum		materie	materia ē ingenerabilis ⁊ incorruptibilis
	dicit		
Fio	actum	Formare quia	forma fit p gn̄acionem in
Existo		Tocius cōpositi	materia totuz ꝯpositū existit ex mā ⁊ forma.

Verbum vocatiuum Est quod significat vocationem p modum determinationis Et sunt quinq verba vocatiua vt Nuncupor appellor nominor dicor et vocor vnde versus Quinq vocatiua dicas tm̄modo vba Nūcupor appellor nominor vocorq dicorq Et ꝓprie apartepost regunt ntm̄ nois ꝓprij vt dicit pristianus primo minoris Nō enim dicim⁹ Vocor homo sed vocor iohānes ꝛc Sz verbum adiectiuū est quod significat actū scd̄m adiunctū actui primo vt amo lego vnde sequitur ꝙ omnia verba adiectiua habent vim verbi substantiui qꝛ actus secundus semper presupponit actū primū Et ideo omnia verba adiectiua resoluunt in verbum substantiuū qd significat actum primum et in ꝓprium pticipiū per quod designatur actus secūdus significat⁹ p verbū vt amo sū amans lego sum legens Et est duplex scz transitiuū et absolutū Verbū absolutū est qd non eget obliqui casus determinatione ad hoc ꝙ cū supposito sit generatiuū perfecte sentēcie vt sto viuo Sz transitiuū est quod eget obliqui casus determiatiōe et est triplex scz debilis transicionis Vehementis transicionis et vehementissime transicionis

	debilis	actū cuz ꝑpositione
Verbum	vehemētis transicionis est	vnum accusatiuum
	vehemētissime quod regit	duos accusatiuos

Verbum impsonale Est cui non inest personalis ꝓprietas Ex comparatiōe actus verbalis ad substantiam extra aparteante Aut quod significat actū sine psona Et est duplex scz Actiue vocis et passiue vocis Verbum impersonale actiue vocis est qd significat esse actionis et terminatur in t vt contigit significat esse contigenciam Placet significat esse placenciā Et congnoscitur aposteriori quando in vulgari preponitur esz vt placet eszbehaget Et sunt vigintitria vnde vers⁹ Si numerare velis impersonalia verba Actiue vocis tria sistunt atz viginti Sed verbum impersonale passiue vocis est qd significat fieri accionis et terminatur in tur vt legitur significat fieri lectionem Pulsatur significat fieri pulsum Et congnos-

ctur a posterior qn̄ invulgari ꝑonit̄ Men vt legitur Men lyst Et sūt innumerabilia vn̄ v̾sus · Si numerare velis imp sonalia verba Passiue vocis numerū tu non recitabis

	tria		genitiuum	Inter et est iunge
	vndecim		datiuum	Contigit
		verba impso		vnde accidit·
Nota quatuor		nalia actiue	accusatm̄	allex. Hys iun-
		vocis regunt		gas iuuat
	quinqȝ		gtm̄ et actm̄	Penitet te
				det miseret
	tria		ablatiuū	Inter et ē

Et non regunt quēlibet ablatiuum ¶ iuncta· sed tantū ablatiuū quinqȝ pronominum possessiuorum·

¶ Nota verba impersonalia nullū regūt casum appn Quia omnis casus aparte ante rectus habet racionem suppositi sed verba impersonalia carent suppositis quia carēt persona vt dicit alexander Que sine personis sunt ꝛc· Sed persona ⁊ suppositū idē sunt vt dicit· B· tho· ergo ꝛc· Verba enim impsonalia adinuenta sunt propter exprimere actum ab intellectu conceptum sine supposito Et quia intellectus potest concipere actū aliquē sine supposito a quo talis actus procedit vt actum pulsandi sine illo qui pulsat et actuȝ legendi sine lectore ad exprimendū aūt istū actum adinuenta sunt verba impersonalia Modo res ita significatur quomodo per intellectum ꝯcipitur sed actus significatus per verba impersonalia intelligitur sine supposito ergo etiam significatur sine ipso Sequitur igit̄ ꝙ nullum habent suppositū neqȝ aliquē casū regūt aparteañ ¶ Arguitur impossibile est actum esse sine supposito vt dicit aristoteles primo phisicoꝝ ⁊ in predicamentis Sil'r impossibile est fluxū esse sine termino a quo sed verbū impersōale ſcat ꝑ modū fluxus ergo v̾ba impsonalia nō carēt supposito Dicēduȝ ꝙ licet sit impossibile ī re et natura actū esse sñ supposito

Non tamen est impossibile in intellectu Quia suppositum nō est de essentia actus ideo potest intellectus intelligere actū sine ipso Quia est vna regula Que sunt coniuncta secundū rez quorum vnum est de essentia alterius intellectus potest sepa ratim intelligere vt nos intelligimus hominem sine iohāne pe tro ⁊ alijs hominibus particularibus et tamē homo in re nō potest esse sine illis Sic etiam intelligim⁹ actum in fluxu sine supposito Qui tamen non est sine ipso Similiter dicenduz est ad cōfirmationem ꝙ fluxus potest intelligi sine termino a quo licet non sine ipso.

¶ Nota verbum impersonale habet se sicut nomen abstractū sed verbum personale vt nomen concretum quia sicut nomē abstractuz significat naturaz absolute sine supposito et nomen concretum significat naturam cū suppositis ita verbuz imper sonale significat actū sine personali proprietate ⁊ verbuz per sonale actum cum persona.

homo	significat natu ram humanaz	lego	significat ac tum legendi	cum	suppo sito
humanitas		legit		sine	

Verbo quot accidunt

Textus facilis est ideo expositio non ponitur ⁊ eodem modo Dicenduz est sicut i noīe dictū ē q̄ ad declaraciōz vocabuloꝝ

Conclusio

Tantum septem sunt accidentia verbi specifice distincta prin cipalia ad se inuicem irreducibilia Dicit specifice distincta q꞉ in numero distincta sunt infinita Nam dicit secūdo phisicorū Infinita vni accidunt Dicitur ad alia irreducibilia propter modum ⁊ formam que reducuntur ad qualitatem sicut speci es ad suū genus Et ad formam reducitur species quia omia verba imperfecte forme sunt deriuatiue speciei.

Accidencia verbi	genere	sunt	duo scz proprium ⁊ commune
	specie		septem vt patet in textu
	numero		infinita q꞉ īfinita vni accidūt

Nota accidens verbi est duplex scz proprium ꝛ cōmune Accidens propriū est quod tantūmodo verbo est appropriatum et tale est tempus licet eni participiuz etiam habeat temp⁹ ꝑ accidente hoc tamen non est ꝓprie et per se sed per verbum qꝛ significat cū tpe limitabiliter vt patebit Sed accidens cōmune est quod non solum accidit verbo sed etiam aliis partibus orationis Et est duplex scz respectiuū et absolutum Accidēs respectiuū est quod accidit verbo in ordine ad ꝯgruitatem vt numerus ꝛ ꝑsona Sed accidens absolutum est quod absolute conuenit verbo vt qualitas coniugacio genus et figura.

Qualitas verborum in quo est

Nota ꝙ qualitas in verbo nihil aliud est nisi mod⁹ ꝛ forma eo ꝙ genus nihil est nisi sue species vt patet ex p̄mo de anima Unde sequit̄ ꝙ cum dicitur de modo ꝛ forma etiam determinatur de qualitate ideo dicit remigius Qualitas que req̄ritur in verbo illa diuiditur in modū ꝛ formaz Et sic patz ꝙ qualitas non debet queri in verbo sed loco illius debet queri cuius modi et cuius forme Et qualitas ē in modis ꝛ formis sicut species est in genere Sunt enim modus et forma vnuz accidens in genere et duo in specie sed infinita in numero ꝛc.

Modi qui sunt

Expositio textus Qui sunt modi scz in verbo indicatiuus qui est p̄mus vt lego Impatiuus vt lege Optatiu⁹ vt vtinā legerem Coniūctiuus vt cū legam Infinitiu⁹ vt legere Impsonalis id est verbum impersonale etiam habet quinqꝫ modos predictos vt legitur.

Conclusio

Tantuz quinqꝫ sūt modi in verbo specifice distincti ad se inuicem irreducibiles cuius ratio est Quia omnis mod⁹ aut significat determinate aut indeterminate. Si indeterminate et sic est infinitiuus aut determinate et hoc dupliciť Aut sub racīōe cōceptus absolute ꝛ sic est indicatiu⁹ Aut sub ratiōe conceptus dubitatiue et sic est cōiūctiu⁹ Aut sub ratiōe affect⁹ et hoc dupliciter Aut in ordine ad superiores et sic est optatiu⁹.

aut ad inferiores sic est imperatiuus Optamus enim maioribus salutem sed precipimus minoribus mandatum

	genere	duo scz determinatus et indeterminatus
Modi in verbo in	specie sunt	quinque vt patet in textu
	numero	infiniti

Nota modus sic diffinitur est proprietas verbi qua mediante verbum significat suum significatum per modum indicij imperij optantis dubitantis vel infinitantis in qua diffinitione tanguntur omnes modi speciales eo quod genus sine speciebus non potest habere absolutam diffinitionem vt dicitur primo de anima.

	rebus	dispositione rei		secundo meta
Modus in	loyca	sumi adiectiuali de	vt pa-	primo petri
		tur pro terminatione	tet in	hispani
	gramatica	proprietate verbi		donato

Notandum secundo quod impersonalis non est specialis modus sic quod sit sextus modus Sed vult donatus quod impersonalis modus verbi potest etiam diuidi in quinque modos sicut iam personalis diuisus est Et sic verbum impersonale habet hos quinque modos quos habet verbum personale Sed non sub tribus personis

	Indicatiui		Indicij
	Imperatiui		Imperij
Verbum	Optatiui modi est quod signi		Optantis
	Coniunctiui	ficat per modum	Dubitantis
	Infinitiui		Indeterminantis.

Nota indicatiuus dicitur a verbo indico·as·are·quia per ipsum indicamus nos aliquam rem agere vel quia per ipsum fit impositio verbi ita quod actus per intellectum conceptus per indicatiuum manifestatur primo et per se vnde verba indicatiua significant conceptum ideo sola verba indicatiua secundum loycum dicuntur verba quia loyca considerat conceptus rerum vt dicit Egidius Et habet quinque tempora diuisim vt patet in coniugacione verborum Sed imperatiuus dicitur ab impero·as·are· quia per ipsum imperamus siue exprimimus imperium et mandatum Et habet solum duo tempora scz presens et futu

rum quia omne imperiũ aut fit de re presenti aut de re futura Caret p̃ma p̄sona in singulari qz nemo sibiipsi imperare potest Sed habet ipsam in plurali quia nos connumerando alijs nobismetipsis imperare possumꝰ Sz optatiuus dicit̃ a v̄bo opto·as·are· Quia per ipsum optamus accidentaliter et cõnotatiue nõ principaliter et hoc ꝓpter illa v̄ba opto desidero glisco p̄ que optamus principaliter Et hz quinqꝫ tp̄a vnũ p̄ se scz futuꝝ ⁊ quatuor cõiunctim scz p̄sens et preteritũ imp̄fectum Et preteritũ p̄fectũ et plusq̄perfectũ· Et cognoscitur a posteriori p̄ illa signa vt quatenus ⁊c̄·vnde versus Optatiuꝰ hz vt vtinam quatenus·q̄·ne Cõiunctiuus aũt qui et dubitatiuꝰ appellatur a cõiungẽdo dictꝰ est qz requirit sibi alia verba iungi vt Si veneris ad me dabo tibi equum Et hz quinqꝫ tp̄a diuisim sicut indicatiuus Et cognoscit̃ a posteriori p̄ illa signa Cum dum quin ⁊c̄·vnde versus Cũ dum quin nisi sũt coniugentia signa Sed infinitiuꝰ dicit̃ ab infinitando quia ẽ infiniti numeri et infinite persone Et hz quinqꝫ tempora vnũ per se et quatuor coniunctim sicut optatiuus·

	Indicatiuꝰ	tribus	Indicat ⁊ dubitat querit modꝰ inicial̃
Nota	accipitur	modis	Imp̄at hortat̃ per
		Unde	mittit consulit orat
	Imp̄atiuus	octo	Tẽptat ⁊ applaudit indignat̃ q̄ secundꝰ

Nota infinitiuꝰ caret numeris ⁊ p̄sõis determiat̃ qz nõ hz certũ nũerũ ⁊ determiatã p̄sonaꝫ sz determiat̃ a v̄bo finito circa qd̄ ponit̃ aut ab actio qui app̄n ab ip̄o regit̃ Et nõ dicit̃ carere nũeris ⁊ p̄sonis sic q̄ simpliciter non haberet numerũ et p̄sonã Et ideo distiguit̃ a v̄bo imp̄sonali qd̄ simplicit̃ caret p̄sõa

	personale	certas personas et certũ nũeꝝ
Nota v̄bũ	infinitiui mõi hz	incertas personas
	impersonale	nullas personas

Arguitur modus ẽ accidens silogismi vt dicitur p̄rimo p̄oꝝ sed verbũ nõ ẽ silogismꝰ ergo ⁊c̄· Dicendũ q̄ alio mõ sumit̃

in primo priorū ⁊ alio modo hic quia in ꝑmo priorum sumi
tur ꝓ dispositione propositionum in sillogismo· Sed hic in
donato accipitur ꝓ quadam proprietate qua mediante ver-
bum significat actionem aut passionem·

Forme verborum quot sunt

Expositio textus quot sunt forme verborum quatuor que ꝑ-
fecta vt lego Meditatiua vt lecturio Frequentatiua vt lectito
Inchoatiua vt feruesco calesco·

¶ Nota illi nominatiui perfecta meditatiua reguntur a ver-
bo est subintellecto vt perfecta scz est ⁊c.

Conclusio

Tantum quatuor sunt forme verboruz principales ad alias
irreducibiles vnde alexāder· Quatuor in verbis ⁊c· In qua
conclusione dicitur principales ad alias irreducibiles·

Imitatiuam perfectam
Propter diminutiuam que reducit ad inchoatiuam
Desideratiuam frequētatiuā vl' medi-

Verba enim Imitatiua licet ab alio deriuantur non tamen
a v̄bo ideo sūt ꝑfecte forme vt patriso a pater fatuiso a fatu⁹
Et verba desideratiua significāt cū quadā meditatiōe iō redu
cunt ad meditatiuā formā Similiter diminutio fit cū quadā
inchoacione ideo verba diminutiua sūt inchoatiue forme

genere due scz ꝑfecta ⁊ imperfecta
Forme verboruz in specie sunt quatuor vt patet in donato
numero infinite

¶ Nota forma sic diffinit Est ꝓprietas verbi qua ipsuz est ori
genatum ab alio verbo vel non origenatum In qua diffini-
cione tangit duplex forma scz perfecta ⁊ imꝑfecta Perfecta
enim forma tangitur per hoc quod dicitur non est origenatū
Verba enim perfecte forme licet ab alia ꝑteorationis deriuā
tur non tamen ab aliquo verbo ducunt suam originem ꝑ hoc
autem qđ dicitur origenatum ab alio verbo tangit imꝑfecta
ꝗ̄ ſbdiuidit in tres spēs scz inchoatiuā meditatiuā ⁊ frequēta
tiuā· v̄ba eni illaꝝ formaꝝ ab aliis v̄bis ducūt suam originē

Ex quo sequitur q forma in verbo nō attenditur penes cō iugationē sicut quidam volunt sed penes deriuationem vni⁹ verbi ab alio ideo sum est pfecte forme quia a nullo alio vbo deriuatur et nō impfecte forme eo q irregulariter coniugant

	phisica	principio rei naturalis	primo phisi-
Forma in loyca	sumit p ex trinseca dispōe vt ptz in pdica	rei artificialis	mentis
	grāmatica	pprietate vbi	donato

Nota verbū perfecte forme a nullo alio vbo deriuat licet ab alia parte orationis vt patuit ideo verbum pfecte forme pōt esse deriuatiue speciei Sed verbū frequētatiue forme format ab vltimo supino mutando v in o vt lectum lectu inde lecto Cum autem habet a productam in penultima sillaba tunc a debet mutari in i vt lectatum lectatu mutando a in i ⁊ v in o fit lectito Etiam formatur a secunda psona presentis indicatiui deponendo s ⁊ addendo to et hoc verum ē si tale verbum perfectuz habuerit gi in preterito vt a lego legis deponendo s et addendo to fit legito Et vba sepius possūt habere tria frequentatiua vt a lego deriuat lecto lectito ⁊ lectitito. Et illa ornate ponunt p primitiuis Sed verba meditatiua deriuantur ab vltimo supio Corripiēdo v et addendo rio vt a letu fit lecturio vnde alexāder In meditatiuis fiet formatio talis ⁊c Sed verba incohoatiua deriuant a secunda psona presentis temporis indicatiui addendo co vt a doceo doces addē do co fit docesco vnde alexander. Hanc inceptie formam.

Verba	Inchoatiue	forme termi nantur In	Sco	Amasco
	Meditatiue		Rio	Parturio
	Frequentatiue		To	Lecto
			vt	
	Imitatiue		So	Patriso
	Diminutue		Illo	Sorbillo
	Desideratiue		So	Lacesso

Sed v̄ba perfecte forme non habent specialem terminatioꝫ
Et reperiuntur in omni genere ⁊ omni coniugatione.

	frequētatiue		neutri. acti depo.	prime	
	meditatiue		neutri	quarte	
	inchoatiue		neutri	tertie	coniu
Sed v̄ba		forme sūt. ge.		Et	gaci
	desideratiue		actiui	tertie	onis
	diminutiue		eiusdē cū primitis	prime	
	Imitatiue		neutri	prime	

Unde v̄sus est frequens prime perfecta vagatur vbiqꝫ Jnchoat sit terne sꝫ meditat sit tibi quarte Terne desiderat p̄me minuit ymitatur.

¶ Nota differunt verbum imperfecte forme et verbum deriuatiue speciei quia illud verbum dicit̄ imperfecte forme quod deriuatur ab alio verbo. Sed illud dicit̄ deriuatiue speciei qđ ab alia dictione deriuatur siue a verbo siue a nomine.

¶ Nota laurentius vallen̄ libro primo reprehendit pristianū ⁊ alios grāmaticos dicentes verba in sto terminata esse inchoatiua et verba in rio meditatiua et verba in so terminata desideratiua Quia dicit ꝙ v̄ba in sto terminata sūt meditatiua et exercitatiua Qui enim calescit siue cale fit quasi meditatur atꝫ vt crescat exercetur Sed verba in so sunt inchoatiua. Et verba in rio desideratiua et hāc opinatur veram ⁊ germanaꝫ v̄borū significatiōem quam antiquitus impositā posteritas deprauauit Nos tamen cū pristiano et donato ceterisqꝫ grāmaticis tenebimus Quia qui cū multis errat non videt̄ errare ¶ Arguitur tantum due sunt forme verboꝝ ergo nō q̄tuor Antecedēs patet quia omnis forma aut est perfecta aut imperfecta Dicendum ꝙ due sunt forme verborū in genere sunt tamen quatuor in specie et tales ponit donatus ergo ⁊c

¶ Arguitur forma perfecta nō dat esse v̄bo sed forma est que dat esse rei vt dicit̄ septio metaphi: ergo forma p̄fecta nonest forma maior patꝫ qꝛ est accidens verbi. Dicendum ꝙ forma non accipitur hic realiter pro forma essentiali sed accipitur si-

militudinarie et intentionaliter ergo ⁊ cetera.

Coniugationes verboꝝ quot sunt

Expositio textus Quot sūt cōiugationes verborum tres que prima in a secunda in e tertia in i Que est prima scʒ coniugacio que in indicatiuo modo tempore pn̄ti numero singulari secunda persona v̄boꝫ actiuo et neutrali habet a ꝓductā an̄ nouissimaʒ litteram scʒ s vt amo amas Sed in passiuo cōmuni et deponēti scʒ verbo ante nouissimā sillabā id est ante vltimam sillabam ris hʒ ꝓductā a vt amor amaris Et futuruʒ tempus eiusdem modi scʒ indicatiui mittit sillabā id est terminat̃ in bo scʒ in actiua voce et in bor scʒ passiua voce vt amabo amabor Eodē modo debet exponi ille textus secunda que est Sed tertia que est habet difficultatē ⁊ sic exponit̃ Que ē tertia scʒ cōiugatio que in indicatiuo modo tempore p̄senti ⁊c̄ verbo actiuo ⁊ neutrali habʒ i correptaʒ scʒ quo ad tertiaʒ cōiugationem vel i productam scʒ quo ad quartam cōiugaciōʒ ante nouissimā litterā s Sed in passiuo communi et deponēti ꝓ i littera habet e correptaʒ scʒ in tertia cōiugatione vel i ꝓductam scʒ in quarta cōiugacione vt lego legis legor legeris Audio audis audior audiris Et futurū tp̄us eiusdem modi scilicet indicatiui in am et in ar sillabam mittit vt lego legam legor legar audio audiam audior audiar.

Conclusio

Tantum tres sunt coniugationes in verbo scilicet prima secūda et tertia Vn̄ donatus numerando cōiugationes v̄boruʒ quartam cōprehendit sub tertia qꝛ ambe in voce actiua habēt i ante s in secūda p̄sona pn̄tis indicatiui vt patʒ in textu Et donat⁹ solum̄ ponit ꝯiugationes ꝯsequentes ⁊ regulares vbi p̄sona ꝯsequit̃ p̄sonā et mod⁹ moduʒ scd̄m eandem vocē nō aūt in ꝯsequētes ⁊ irregulares q̄ adhuc multe sūt scd̄m diuersa v̄ba anormala q̄ tn̄ ꝯphendunt̃ vno noie cōmuni qd̄ ē ꝯiugacō icōsequēs eo ꝙ scd̄ʒ qd̄libʒ v̄bū i spēali nō hʒ nomē ipositū. ¶ Notanduʒ est ꝙ coniugatio vt hic sumitur sic diffinitur Est ꝓprietas verbi qua ipsum verbuʒ variatur in modis

temporibus et ꝑsonis Et dicitur a con quod est simul et iu-
gum quasi simul sub vno iugo quia ponūt persone modi et
tempora sub vno iugo Et est duplex scꝫ Cōsequens ⁊ incon-
sequens Cōiugacio consequēs que etiā dicitur regularis quā
do ꝑsona consequit̄ ꝑsonam ⁊ modus modum secundum eā
dem vocem ⁊ talem hic diuidit donatus vt patuit Sed con
iugacio inconsequens que alio nomine dicitur irregularis est
quando ꝑsona non consequitur ꝑsonaꝫ neq̄ modus modum
et secundum illam coniugacionem declinant̄ verba defectiua
et anormala vt salue Uale de qua hic non dicit donatus.
¶ Nota secundo ꝙ donatus remigius ⁊ alexander diuersi-
mode distinguunt coniugacionem · Naꝫ donatus distinguit
coniugacionem penes secundam ꝑsonaꝫ p̄sentis indicatiui vt
patet in textu Et talis assignacio non fallit in actiua voce sed
in passiua in illo verbo dor quod cum suis compositis habet
curtam a ante ris in secunda persona presentis indicatiui vt
dor daris Uenundor venundaris · Sed remigius assignat
siue distinguit coniugaciones penes infinitiuum Si enim ha
buerint ꝓductum a ante re sunt prime coniugacionis Si ve
ro productum e sunt secunde coniugacionis ꝛc̄ · Que assig-
nacio iterum fallit in illo verbo do in actiua voce quia habet
curtam a ante re vt dare Alexander autem assignat siue disti
guit coniugaciones penes secundam ꝑsonaꝫ imparatiui Un
de p̄sentis nota sic fit ꝑsona secunda A prior E q̄ seq̄ns dat
e tertia sed i dabo quarte Et talis assignatio fallit in quatuor
impatiuis apocopatis scilicet dic duc fac ⁊ fer qui non habēt
e correptam in impatiuo ꝓpter habere differentiam int̄ ver-
ba ⁊ nomina Nam si dicemus duce in impatiuo a duco non
esset differencia inter imparatiuū ⁊ ablatiuum a dux ducis ꝛc̄
¶ Arguitur donatus est diminutus ꝓbatur quia non ponit
cōiugationes incōseq̄ntes Dicendum ꝙ donat⁹ in nullo ē
diminutus neque est supfluus Quia est regula ꝙ autores
Am minicularius ⁊ min⁹ principales non debent iudicari su-
pflui neq̄ diminuti si quid pl⁹ vel minus posuerūt sicut sunt

alexander donatus in minori Edicio petri helie ꝛ huiusmodi
q̄ꝛ loquūt̄ ꝑ introductione tantuꝫ· Sed principales autores
debēt iudicari diminuti et supflui sicut aris· in phisica Tullius
in rethorica p̄stianus in grāmatica ꝛ euclides in geometria

Ubi possunt hec discerni

Expositio text⁹ Ubi possunt hec discerni id est quomodo de
bemus cognoscere quādo habent i productam vel i correptaꝫ
Hec possūt statim discerni id est cognosci in imperatiuo ꝛ in
infinitiuo Utrum; scꝫ predicta verba habeant i correptam an
scꝫ habeant productam Naꝫ scꝫ ratio est si fuerit i littera cor-
repta scꝫ tūc conuertitur in e si fuerit producta i non mutatur
et hoc in formacione secūde persone impatiui ꝛ infinitiui Est
id est cōtingit qn̄do tercia cōiugacio mittit id ē termīat futurꝫ
temp⁹ nō in am tantū in illā terminacióeꝫ sed in bo ꝛ in bor
in illas sillabas Interdū tamē cū i litterā correptam non ha-
buerit scꝫ in secunda persona indicatiui ante s sed ꝑductā vt
Eo is ibo queo quis quibo eam vel queam scꝫ dicitur·

Genera verborꝫ Quot sunt

Expositio text⁹ Quot sūt genera verborꝫ quinqꜫ que actiua
passiua neutra deponentia et cōmunia Que sunt actiua id ē
verba actiui generis que desinunt id est terminātur in o et ac
cepta r littera id ē quando eis addit̄ r faciūt ex se passiua scꝫ v̄
ba vt lego legor Que sūt passiua id est verba passiui generis
Que desinunt in r et dempta id est deposita ea littera r rede-
unt in actiua vt legor lego Neutra q̄ sunt id est v̄ba sūt gene-
ris neutri q̄ desinunt in o vt actiua sed accepta r l̄ra non sunt
latina vt sto curro. stor curror nō dicit̄ Sunt preterea id est
preter v̄ba neutri generis Neutropassiua· s· verba vt gaudeo
gaudes gauisussū soleo soles solitussū ꝛc· Deponētia que sūt
que desinunt in r vt passiua sed dempta id est depoita ea litte-
ra r nō sūt latina vt loquor sequor ꝛc· Non eni dicitur loquo
neqꜫ sequo. Cōmunia que sunt Que similiter id est eodem
modo desinunt in r vt deponentia sed cadūt in duas formas

agentis et pacientis id est significant sub illa determinatiōe oꝛ actionē ꝛ passionē vt osculoꝛ criminoꝛ/dicimꝰ enī osculoꝛ te in actia significatione/et osculoꝛ a te in passiua significatione.

¶ Nota ille dictiones accepta r littera et ex empta r littera sūt ablatiui positi in designatione cōsequēcie nō regunt̄ sed ponū tur absolute per regulam Sunt ablatiui plures ꝛc.

Conclusio

Quinqꝫ sūt genera v̄boꝝ specifice disticta ad se inuicē irreducibilia Dicit̄ ad se inuicē irreducibilia ꝓpter v̄ba neutropassiua passiuaneutra ꝛ neutrapassiua q̄ reducūt ad genꝰ neutrū

	In genere		duo vt simplex et cōpositū
Genera v̄boꝝ	In specie	sūt	quinqꝫ vt patet in donato.
	In numero		īfinita qꝛ īfinita vni accidūt

Nota genus simplex ē quod pꝛincipaliter sub vna voce acciōnē aut passionēꝫ significat et est duplex scꝫ positiuuꝫ ꝛ priuatiuum Genus positiuum est quod significat actionē aut passionē positiue vt actiuū et passiuū Sed genus priuatiuuꝫ est duplex Aut ē pꝛiuatiuū ꝑ modū i differencie et sic est neutrū Aut est priuatiuū vniꝰ et sic est deponēs Nā omnia verba deponētis generis significāt actionē aut neutralitatem p̄ter oꝛioꝛ et nascoꝛ et sic pꝛiuāt̄ significato passionis olim enim passionē etiam significabāt vt cōmunia Sed genus compositūꝫ Est cōmune genus.

¶ Notandū ꝙ genus in v̄bo dupliciter potest attendi vno modo penes significaciōeꝫ et tunc sic diffinit̄ Est pꝛopꝛietas v̄bi quā verbū significat actiue passiue vel vtrūqꝫ vel neutraliter Et isto modo omne verbū actiuū est actiui generis ꝛ passiuū passiui generis Et hoc verbū sū generis neutri Aliomō penes vocem Et tūc genus sic diffinit̄. Est ꝓpꝛietas verbi q̄ ip̄m terminat̄ in o vel in oꝛ Quomodo hic sumit̄ a donato q̄dā tñ dicūt ꝙ genus in v̄bo attēdit̄ ex p̄te vocis qđ nō itelligit̄ p̄cise sic ꝙ solā vocē respiceret Sꝫ ita sic ꝙ pꝛincipaliꝰ penes vocem q̄ꝫ significationē attendit̄ ꝑ quādā eminēciaꝫ Eodem modo intelligendū est de accidentibus aliaꝝ ꝑcium oꝛationis.

Notanduz tertio q̄ aliud est verbum actiuū et verbuz actiui generis Quia v̄bum actiuū est quod significat accionē Nō curando an terminat̄ in o vel in or et sic loquor est verbū actiuū Sed v̄bum actiui generis est qd̄ termiāt̄ ino ꝛc̄ et de isto loquit̄ textus Et ad illud requirunt̄ tres ꝯdiciōes Prima q̄ terminat̄ in o Secunda q̄ ſcat actū transeūtē in rem racionalem Tercia q̄ faciet ex se passiuū Smiliter aliud ē v̄buz passiuū ꝛ v̄bū passiui generis Nā v̄buz passiuū est qd̄ significat passionē non curando an terminat̄ in o uel in or Sed v̄buz passiui generis Est qd̄ in p̄ma persona p̄ntis indicatiui terminat̄ in or de quo loquit̄ in textu ad qd̄ etiā requirunt̄ tres condiciōes/ prima q̄ terminat̄ i r secunda q̄ deposita r redeat in actiuū tercia qd̄ p ip̄m significat̄ passio illata ab extrinseco

Neutro passiuū	neutrali	preteritū v̄bi passiui
Verbuz Passiuū neutrū Est quod neutralib3 sub voce		significaciōnez v̄bi pas
Passiua neutra	passiua	preteritū v̄bi actiui

Nota quiq3 sūt v̄ba neutro passiua vn̄ alex· Audeo cuz soleo s3 quatuor sūt v̄ba passiuaneutra sc3 Exulo vapulo ꝛc̄· Vn̄ alex. Exulo vapulo veneo fio quatuor ista Sēsū passiui sub voce gerūt aliena Et tria sūt v̄ba passiuaneutra vn̄ alex· Passiuaneutra tria sūt hac lege notāda Nā dat diuertor diuerti ꝯperiorq3 ꝛc̄· Et nouē sūt v̄ba cōmunia vn̄ alex· Largior experior veneror moror osculor hortor Criminor amplector· Arguit̄ magister desinit in r ꝛ nō p̄t dimittere r si dimitteret r nō ess3 latinū ergo ē generis deponēt Dicēdū q̄ eē deponētis generis p̄supponit eē verbū s3 magister nō ē v̄buz s3 nomē Accidēs eni p̄supponit subiectū et etiā fundamentū rei p̄suppo ¶ nit in re ergo

Numeri verborum

De numero et figura hic sicut alibi

Notanduz tamen de numero q̄ numer⁹ est ꝓprietas verbi qua ip̄m significat actuz vt multis vel vni tantum attribuit̄

Unde sicut verbū non habet personaz nisi a supposito ita nec habet numerum nisi a supposito ab eodem enim aliqd persona tur et numeratur Ideo qñcūq3 aliqua verba sūt sine persona illa etiā sunt sine numeris Nam numer⁹ ꝛ persona sūt accidentia siniuga id ē simul iuga sub vno iugo posita vbi scz ponitur vnum ibi et reliquum

De figura

Nota verbū componitur cū quatuor ptibus orationis primo cū noīe vt magnifico· scdo cū v̄bo vt calefacō· tertio cū aduerbio vt bn̄facio. quarto cū prepositione vt perficio Et v̄bū tot modis ꝯponit̄ q̊t modis ipm nomen· pmo ex duob⁹ in tegris vt perlego· secundo ex duobus corruptis vt ascendo· tertio ex integro et corrupto vt perficio· quarto ex corrupto et integro vt ascribo·

	Species	deriuationē		qualibet partes orationis
Nota	Forma respicit	deriuationē	vbi a	verbo tantum
	Figura	cōpositionē		ex diuersis partibus orationis

Tempora verborum quot sunt

Expositio textus Quot sūt tpa v̄boꝝ tria que presens vt lego· preteritū vt legi. futurū vt legam Quot sunt tpa in declinatiōe verboꝝ scz secundum que v̄ba declinant̄ quinq3 que p̄sens vt lego p̄teritū imperfectū vt legebam perteritum pfectū vt legi p̄teritū plusq̄pfectū vt legeraz futurum vt legam

Conclusio

Tantuz tria sunt tempora verborum principalia adinuicem irreducibilia scz presens preteritum ꝛ futurum dicitur principalia ꝛc̄· ꝓpter preteritum imperfectuz preteritū pfectū ꝛ plusq̄perfectum que reducūt̄ ad tps p̄teritū quod est principale· Notandū aliud est loqui de temporib⁹ verboꝝ Et aliud est loqui de temporibus in declinacione v̄borum Quia tria sūt tempora verborū absolute sumpta Sed quinq3 sunt tēpora verborum respectiue in respectu ad declinationez et sic non est

contrarietas in textu donati Et sumitur hic tempus transūp tiue ꝑ accidente entissignificabilis Transsumit aūt a tempo re phico qꝛ sicut tempus phisicū scd̄m prioritatē causat prete ritum ⁊ scd̄m posterioritatem futuꝝ et scd̄ꝫ nunc tempꝰ pn̄s ita tpꝰ grāmaticale facit verbū significare actū in p̄terito pn̄ti et futuro Et diffinit sic Tpus est ꝓprietas verbi qua ip̄m sig nificat suū significatū ꝑ modū pn̄cialitatis futuricionis ⁊ p̄te ricionis In qua diffinicione tāgunt oēs ptes tpis qꝛ ꝑ hoc ꝙ dr̄ pn̄cialitatis tangit pn̄s tempus sed ꝑ hoc qd̄ dr̄ futuricio nis tangit futuꝝ tempꝰ ⁊ ꝑ hoc qd̄ dr̄ preteritionis tangitur p̄teritum Que ptes tpis causant scd̄m considerationē intel lectus vt dicit dn̄s theodricus in tractatu de natura tpis quia de tpe nihil habemus nisi nūc vt patꝫ quarto phisicoꝝ qd̄ est idē secundum essenciam variatur tamē secūdū esse et quo ad continuacionem que continuatio procedit ex cōparatione pri oris cum posteriori Et ex illo ꝙ considerat ibi p̄us causat p̄ teritum sed ex eo qd̄ cōsideratur posterius causat futuꝝ ꝛc·

	Phisica		entismobilis
Tempus in		est ꝓprietas	
	grāmatica		entissignificabilis

Quare p̄teritū diuidit ⁊ nō futuꝝ siue pn̄s Dicendū ꝙ ideo qꝛ futuꝝ ē icertū ⁊ sic rōe incertitudis nescit an sit ꝓpinquū vl̄ remotū ideo nō diuidit Sꝫ de pn̄ti tpe nihil habemꝰ nisi nūc quod est in diuisibile ergo pn̄s tpus non diuidit·

¶ Arguit Tpus nō ē accidēs vbi ꝓbat· qꝛ tpus non ē· patꝫ qꝛ illud nō ē cuiꝰ ptes nō sūt/sꝫ ptes tpis non sūt vt p̄teritum nō ē Neqꝫ futuꝝ ē ergo ꝛc· Dicendū ꝙuis ptes nō sūt i ꝑma nēcia sūt tamē in successiōe ⁊ sic illa autoritas illud nō est cu ius ptes nō sūt intelligit de ente permanente ⁊ non successiuo

Persone verborum quot sunt

De ꝑsona h̄ est dicendū sicut patuit in ꝓnoīe q̄ ad cōclusioꝫ Nota ꝑsona sic diffinit Est ꝓprietas verbi qua ip̄m verbum attribuit supposito significanti rem loquentē de se/vt de se/ad

alium vt ad aliū de alio vt de alio Uerbum enī nō significat rē loquētez de se &c· sed solum actū qui attribuit supposito sic loquēti de se &c· Unū patz quod illud v̄bū qd nō hz suppositū nō potest habere personam et ecōtra Quia ab eodē verbū suppo sitatur et psonat Quare sicut verba impsonalia nō habēt p sonā ita nec habent suppositū Sed infinitiua certā psonaz nō habent tamen indeterminatam habēt quia determināt secū dum exigentiam actiui ipsius reddentis suppositum

Aduerbium quid est

Expositio textus quid est aduerbiū scz diffinitie· est psoracio nis q̄ adiecta id est apposita v̄bo significatiōz eoꝝ explanat id est specificat atz īplet id est magis pficit et hoc quo ad audiētē

¶ Nota aduerbiū ↄponit ab ad et verbum et interponit i ne putent eē due dictiōes Sz illa oracio adiecta v̄bo ē ↄgrua p reglam Dānū pcans &c· adiecta ē pticipiū descendēs a verbo adijcio Et explanat idē ē quod determinat prime ↄiugaciōis Et implet est v̄bū scde ↄiugaciōis impleui in p̄terito et idez est quod specificat· et sic illa ↄiūctō atz nō ponit copl'atiue sz expositiue

Conclusio

Diffinicio aduerbij a donato posita ē bona Cuius racio est· Quia oīs illa diffinicio est bona que dat p genus et differē cias sed pn̄s est huiusmodi ergo &c· Nam psoratiōis ponit lo co generis Et alie particule ponunt loco differēcie ergo &c·

¶ Nota quod aduerbiū tribus modis diffinit· Primo a donato vt patz in textu donati Scdo a remigio sic Aduerbiū ē pso rationis que stat iuxta suū v̄bū ad eius significacionē declarā dam Que diffinicio idez dicit quod prior aduerbiuz enī apte diffinit p verbuz dr enī quasi relatiuū ad v̄bū ex vi vocabuli sicut in loyca ad aliquid q̄si ad aliud quid scz ad suū correlati uū p qd habet diffiniri Tertio a modistis aduerbiū ē psora cionis significās p modum fluxus et fieri determinantis alte rū vel existēs in altero Unū aduerbiū pt determinare tā ver bū q̄ pticipiū eius quia vtraqz haꝝ pcium fluxū et fieri signi ficat Et ille diffiniciones licet in voce distinguuntur tamen

in significato conueniunt·
Notandū scđo ꝙ aduerbiū ponit immediate post vbū quia omīs determinatio imediate debꝫ sequi suū determinabile sed aduerbiū ē ꝓpria determinatio verbi ¶Cum nulla ꝑs orationis ita verbi significacionē ꝑficit sicut aduerbiū nihil etiā aliud determiat nisi verbū sub ratione verbi ideo donatus posuit aduerbiū immediate post verbū Priscian⁹ aūt et alij grāmatici talē non hn̄t ꝯsideracionē ideo posuerunt aduerbiū post ꝑticipiū eo ꝙ ē pars orōnis indeclinabilis que min⁹ ꝑicipaliter vt vult bohecius requirit ad ꝯstitucionē orōnis Nā sicut fundamentū tectū ⁊ pietes pricipalit requirūt ad domū ita ꝑtes declinabiles eēncialit requirūt ad oroꝫ ꝯgruā Sꝫ stuba fornax requirūt min⁹ principalit ⁊ q̄ ad bn̄ eē domus sic etiā ꝑtes indeclinabiles quo ad bn̄ esse reqrunt ad oracionē congruam·

Johannes	scribit	Bene
Subiectum quod	subiectumquo	accidens
Paries	superficies	albedo

Ex quo patꝫ ꝙ verbū in ordine ad nomē habet racionem accidentis sed in ordine ad aduerbiū habꝫ rationem subiecti·
¶ Arguit nulla bona diffinicio debꝫ dari per superflua sexto topicoꝝ sed pn̄s dat ꝑ superflua ergo ꝛc· Minor patꝫ quia in textu sup̄flue ponit implet qꝛ idē est dicere explanat et implet dicendū ꝙ illa coniunctio atꝫ in textu debet capi expositiue ⁊ non copulatiue vel dicit ꝙ explanat refertur ad generalē significacionem vbi sꝫ implet ad specialē ⁊ sic nō ponit sup̄flue·
